

6. EXPRESIONES EQUIVALENTES. Estas locuciones *estoy amando, ando amando, quedo amando, voy, amando y no dejo de amar*, son lo mismo que *yo amo*. Igual equivalencia tienen los demás tiempos y personas.

7. LOCUCIONES EQUIVALENTES Á PRETÉRITO PERFECTO. Las siguientes locuciones equivalen á pretérito perfecto, y por él se traducen en latín: *está escrito, está visto, está dicho, está acabado, está hecho, dicho se está, visto se está, tengo entendido, tengo averiguado, estoy ó quedo enterado, y otras análogas que equivalen á se ha visto, se ha escrito, he visto, he llegado á entender, á averiguar, he averiguado, etc.* Ejemplo. Te tengo oido decir, *Audívi exte, cum diceres.*

TEXTOS LATINOS

ENTRESACADOS DE LA

PROSODIA DEL P. EMANUEL ÁLVAREZ

PARA EL USO DE LOS ALUMNOS

DEL

SEMINARIO CONCILIAR

Quidquid præcipes, esto brevis; ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.
Horat. epist. ad Pison. v. 331 et 336.



PALMA

TIPOGRAFÍA DE FELIPE GUASP.

1891

propositum est de prosodia. Quod est Prosodia? Propositum est de accentu et quantitate syllabarum.

I.

Quid est Prosodia? Es la parte de la Gramática, que enseña la cantidad de las sílabas y los acentos de las voces para su debida pronunciación. Facultas agens de accentu et quantitate syllabarum.

Quid est quantitas? Es una afección de la sílaba pór medio de la cual se mide el tiempo ó detención, que se hace, cuando se pronuncia. De aquí se sigue que si esta detención es poca, la sílaba sobre la cual recae, se llama breve; si mucha, larga: y si tanto puede ser breve como larga á voluntad del Poeta, se llama indiferente.

Quid est accentus Syllabarum? En cuanto á los acentos de las Silabas, como es doctrina oscurísima por sernos completamente desconocido el modo especial, con que los latinos pronunciaban su bello idioma, únicamente distinguiremos los tres acentos Agudo, Grave y Circumflejo, que se compone del Agudo y del Grave, ó sea como define el Sr. Nebrija. Accentus lex est, qua tendit syllaba sursum, vel cui deprimitur.

Præviae notitiae de litteris.

TEXTO.

Carmina conflantur pedibus. Dat syllaba, metro,
Temporibus dimensa pedes, & pluribus una
Sæpè notis constant, nonnunquam unica tantum
Littera. Vocali geminâ coeunte, resultant
Diphthongi & numerum totidem vocalibus æquant.

De Mutis, et Liquidis.

TEXTO.

Octo recensentur mutæ pro carminis usu.
F quoque vim mutæ, liquidâ subeunte, recepit.
Quatuor ex liquidis, L & R sua robora semper
Imminunt, si muta præit, velut Adria, Cyclops:
N atque M in Græcis tantum posuere vigorem;
Et rarò: Tecmessa, Cygnus pro testibus adsunt.

De Duplicibus.

TEXTO.

X & Zeta gerunt vires ubicumque duarum:
Atque I, vocales inter; ceu Maior & Ajax.
I quoque vocalis, velut V, fit consona simplex
Utraque vocalem feriens ut Janus. Virtus

De I et Iota.

TEXTO.

Molliter I veteres quondam sonuisse putantur:
Pinguior ille sonus Libien redolere videtur.
Semper Iota sonum vocalis, more Pelasgum,
Servat: Hebreorum Jod consona semper habetur:
Vocalem quicunque sonant, imitantur Achivos.

De U Liquescente.

TEXTO.

Additur U semper post Q liquefacta. Vigorem
S G præpositis, modo fert, modo ponit eundem,
Ut Suus, Exigues, Persuadeo, Sanguis & Unguis.
Cum vires elementa suas posuere liquesquunt.

*Syllabæ partim breves, partim longæ,
partim communes.*

TEXTO.

Carminis Ausonii mensura potissima tempus
Est mora, seu spatium, quo syllaba funditur ore.
Quæ brevis est, uno gaudet; quæ longa, duobus:
Communis, brevis esse potest & longa Poësi.
Nulla apud Ausonios vocalis semper habetur
Longa, nec ulla brevis. Binæ extenduntur ubique
C.

II.

REGULÆ DE SYLLABARUM QUANTITATE,
SEU DE EARUM BREVITATE, LONGITUDINE,
AC INDIFFERENTIA.

De Diphthongis.

TEXTO.

Protrahe diphthongum. Sed Præ brevis esto, sequente
Vocali: sumes exempla Præire, Præustus.

De vocali ante vocalem.

TEXTO.

Vocalem rapuere, aliâ subeunte, latini.
R nisi succedat, recipit duo tempora Fio.
E longum sibi quinta gradus assumpsit in Ei:
Res tamen atque Fides & Spes rapiuntur ibidem
Est lus in patrio productum, in versibus anceps.
Sit breve in Alterius; sit longum semper Alius.
Eheu longa petit: variis conjugitur Ohe.
Pompei & similes, producunt propria casus.

De Vocali ante Vocalem in Dictionibus Græco-Latinis.

TEXTO.

Græca per Ausioniæ fines, sine sede vagantur;
Quodammodo in locis, quodammodo in urbibus.

Et quaedam longis, ceu Dia, Choréa, Thalia,
Darius, Cytheréa, Aer, Elegia, Platéa,
Atque alia. Et Chóream rapuit, Pláteamque poesis.
Solvit & in geminas, veluti Cythereia longum.

III.

De positione.

TEXTO.

Consona si duplex, vocalem, aut bina, sequatur,
Vocalis, positu, remanens producta sonabit;
Bina sit in verbis quamvis disjuncta duobus.
Consona principium verbi sortita sequentis
Tam duplex quan bina, nihil præuntibus auget
Tsporis, ut fiant longæ; ceu Clara Zacynthos.
Quadriugus rapitur: Biiugus coniungitur illi,
In quibus I duplex non est, sed consona simplex.

De Liquescentibus.

TEXTO.

Si brevis una simul mutam, liquidamque præbit,
In prosa citâ semper erit, sit vatibus anceps.
At mutam, & liquidam quoties ab origine longa
Præcedit, rapitur nunquam; ceu Matris Aratrum.
Utraque vocalem si consona juncta sequentem
Non ferit, anteiens brevis est (velut Obru) nunquam.

IV.

*De præteritis dissyllabis et geminantibus
primam syllabam.*

TEXTO.

Præteriti sit longa prior, cui syllaba duplex.
Sto, Do, Scindo, Fero rapiunt. Bibo, Findo, priores.
Abscidit, abscidit modulantur utrumque poetæ.
Utraque præteriti rapitur geminata. Cecidi
Tolliur à cædo veniens; à pedo, Pepédi,
Et quæ tenduntur positu, ceu curro, cucurri.

De supinis dissyllabis et polysyllabis.

TEXTO.

Longa supina jubent fieri dissyllaba vates.
At Reor, atque Sero, Do, junge Ciere Linoque
Ire, Ruoque, Queo, Sivi rapuere priores.
Communem, Statum, primam servare videtur.
Inde Stitum reprimit composta extendit in Atum.
Inde Status brevia; at staturus longa petivit.
Longa supina damus, polysyllaba semper in Utum.
Ex vi præteritis, quibus v sit consona, fiet
In tum, perpetuò penultima, longa, supini.
Corripe Itum, quoties ab ui resilire videbis.

V.

De Derivatis.

TEXTO.

Derivata solent ritus servare parentum.

Mobilis et Fomes, Laterna, ac regula longis,
Tegulaque, abiecta brevitatis origine, gaudent.
Dantur Arista, Vadum brevibus. Sopor, atque Lucerna
Longis orta; frequens plura his tibi suggeret usus.

De Compositione.

TEXTO.

Tempora simplicium retinent composta suorum.
Et patrium vocalis habet mutata vigorem,
Ut Rérido: Diphthongus item, ceu Quero, Requiero.
Semisopitus habest à simplice, Deiero, Iuro.
Péiero contemnunt; velut Innuba, Prónuba, nubo,
Queis etiam Nihilum cum Cognitus, Agnitus harent.
Et Dicus à dico. Variant Connubia vates.
Longā Imbecillus, verbumque Ambitus amavit.
Ambitus at nomen cum fratribus arcta poposcit.

VI.

De præpositionum compositione.

TEXTO.

Præpositiva aliis si pars connectitur ulla,
Quanta fuit seiuncta prius, coniuncta manebit;
Præpositæ modo nulla prius data norma resistat.
In Dirimo brevis esto prior, comes esto Disertus.
A Danaum correpta manet; RE adiunge latinum.
Sed longum Refert, opus est cum signat, habeto.
Ausonidum PRO longa sonat, correpta Pelasgum.
Corripe quæ Fundus, Neptis, Fugioque, Neposque,

Et Fari, Festus, Fateor, Fanumque crearunt:
Uc Profugus spectat, cui iunge Profano, Protervus,
Atque Propago (genus), Properare, Procella, Profecto.
Procuro commune datur, Propino, Profundo:
Longa Propagare, et Prosérpina sæpius optant.

VII.

De compositis ab aliis dictionibus.

A in compositione.

TEXTO.

Compositi partem claudens, A tende priorem.

E In compositione.

TEXTO.

E, brevis effertur, claudens, extrema, priorem,
Compositi partem, velut, Stupefacta, Nefandus.
Nequicquam, produc, Nequando, Venefica, Nequam,
Nequitia & Nequis, comitante Videlicet, adde
Necubi, Nequaquam; sociusque Veneficus esto,
Atque Veneficum. Variis Liquefactus adhæsit.

VIII.

I vel Y In compositione.

TEXTO.

I quoque compositi primam brevis utraque partem
Claudit: ut Omnipotens, Polydorus. At inde recedunt
Vipera, Siquando, Tinacria, Siquis, Ibidem,
Ilicet, atque Duum Bi. Tri præunte. Quadrioe.

Cumque Meliphylon, Bigæ, Tibicen, Ubique,
Sicubi, Nimirum, cum Scilicet, Omnibus Idem
Masculum, & quæcumque Dies componit adauge.
Si tandem I, fixum non est, protendimus illud,
Ut quidam. Rapidis Ubicumque frequentius hæret.

O In compositione.

TEXTO.

Partem compositi claudens, O graeca, priorem,
Esto brevis: ceu Corpo-phorus. Tendatur ibidem
O magnum, & veram probet esse Geometra normam.
O pariter Latium, productum tempus amavit.
Excipe Quandóquidem, atque Hodie cum Bardocucullus.
Et Quoque sit semper rápidum, simul & Sacrosanctus.
Cum Controversor, variant sua tēmpora nati.

U In compositione.

TEXTO.

U si compositi pars est prior, effice cūtam.

IX.

DE INCREMENTO SINGULARI NOMINIS.

Quid est incrementum.

TEXTO.

Gignendi casu rectum superante priorem,
Ferre incrementum vox dicitur: accipit unum,
Quæ semel augetur: duo, cum bis syllaba erescit.
Si patrius crescentis erit dissyllabus, esto
Prima incrementum; si vox polysyllaba, nunquam.

Quæ fuit aucta semel, robur conservat ubique.
A Bove longa tamen deducito tempora Bobus.

Incrementum secundæ declinationis.

TEXTO.

E, I, U, normæ dédimus brevianda secundæ.
Inde recedit Iber & Céltiber inde recedat.

X.

Incrementum tertiae declinationis.

In A.

TEXTO.

A, ternæ crescens produc, ut Calcar & Ajax.
Máscula correptis, Ar & Al, finita dabuntur,
Ut Lar, Sal. Et iis Hepar, cum Néctare, Bacchar
Cum Wade, Mas & Anas, cum natis Parque, Iubarque.
As, A, græca rape, ut Pallas, Phantasma. Iungantur
S finita, ut Arabs, si cónsona pónitur ante.
Et Dropax, Antrax, Atrax, cum Smilace, Climax;
His Atacem, Pánacem, Cólacem, Stiracemque, Facemque,
Atque Abacem, Córacem, Phylacem, compostaque nectes.

XI.

In E.

TEXTO.

E, breve sit, véluti Cúcumis, cum Fúnere, Pulvis,
Enis hahens patrio produc. Ita Céltiber, Halec,
Ver & Iber, Lócuples, Heres, Mercesque, Quiesque,

Et Lex & Vervex, Sepس, Plebs, Rex, insuper Halex.
El patrios peregrina jube proténdere casus,
Ut Daniel. ER, ES ádhíbe finita pelasgum,
Ut Crater, Rhamnes. Æther breviatur & Aér.

XII.

In I et Y.

TEXTO.

I rápidis, velut Ordo, Calybs, accedit utrumque.
Attamen in græcis genitivi extenditur Inis,
Ut Sálamis, Phorcyn, Vibex, Nesisque jungantur,
Et Lis, Glis, Sammis, Dis, Gryphs, quibus adde Quiritem,
Ix utrumque gradu, producit terna, secundo,
Ut Spadix, Bómbyx. Brévibus Pix gaudet et Histrix,
Coxendixque, Cilix, Chænix, Natrixque, Calixque,
Atque Calyx danaum. Nectes Erycemque, Nivemque.
Sardónychi sociatur Onys, cum Fórnice, Varix,
Et Sálices, Filices, Lárices. Sit Bébrycis anceps.
Sed brévibus junges, in Gis, cum patrius exit,
Ut Phryx. At Coccyx, Mastyx, producta sequantur.

XIII.

In O.

TEXTO.

O longum, ut Candor, Télamon, sibi tertia flectit.
Omicron, ut Cánonis, rétinet breve tempus ubique.
Omega producit sémpre: genitivus Agonis
Indicat, atque usu multa exploranda magistro.
Sed variant Briton, Sidon, variabit Orion.

Grœcorum rapiatur Oris cum patrius esto,
Ut Nestor Crantor: neuterque latinus, ut Æquor.
Oris ab Os produc. Rápidis Memor, Arbor adhörent,
Et Lepus & Pus compositum, Bos, Compos, & Impos.
Córripe Cappádocem cum Præcoce; júngito nomen
S quoque finitum, si consona forte prævivit.
Ut Scrobs. At Cyclops, Cecrops tendatur & Hydrops.

In U.

TEXTO.

U breve tempus habet, patrio crescente. Sed Uris
Udis et Utis, habent ex Us venientia longum.
Lux, Frux & Pollus ac Fur tendantur ibidem.
Intercus, Ligus, atque Pecus rapiantur ubique.

De incremento plurali nominis.

TEXTO.

I dato correptis, atque U: da cætera longis,
Obliquo rectum casu superante secundum.

XIV.

DE INCREMENTO VERBORUM.

Quid sit incrementum? Quæ ejus norma?

(TEXTO.)

Crementum verbūm primum dic, quod positurum
Æquat: bis superans dicatur habere secundum:
Quod si ter vincit, tria tunc crementa notabis:
Nam pro incremento numeranda est ultima nunquam.

TEXTO.

Norma incrementi solum persona secunda,
Quæ cadit ex primo verbi presente vocatur.
Si caret activa verbum, fingemus eandem.
Et super hanc quoties accreverit addita normam
Syllaba, tot numero verbum incrementa recepit.
Prima sit augmentum, quando est monosyllaba verbi
Norma: ut Fles, Flebam; quando est polysyllaba nunquam.
Quæ tantum à prima distat, quantum ultima norma
Sive eadem maneat semper, sive altera sedem
Occupet, augmentum numerabitur ordine primum.
Nam pro incremento numeranda est ultima nun quam.

De quinque vocalium incremento.

TEXTO.

I, atque U, corripies. A, E, O, crescentia produc.

Exceptiones incrementi.

In A.

TEXTO.

At Do prima sibi brevium incrementa recepit.

In E.

TEXTO.

Prima E, corripiunt ante R, duo tempora ternæ.
In Reris, vel Rere, datur penultima longis.
Sit brevis E, quando Ram, Rim, Ro, adjuncta sequentur.
Et Beris, atque Bere: ut semper Celebrabere donis.

In I.

TEXTO.

Temporis exacti penúltima protrahit, Ivi
Tempus; & I, quartæ, crementum, augmentia, primum.
Nolito addatur longis, Nolite, Velimus,
Nolimus cum Simus: idem composta requirant.
Præteriti rapiatur Imus, penúltima semper.
Ri, conjunctivi poterit variare poësis:
Orator patriæ doctum ne spreverit usum.

In U.

TEXTO.

U, sit in extremo penúltima longa futuro.

XV.

De ultimis Syllabis.

A in fine.

TEXTO.

A, longum, ut Contra Mémora, petit última tempus,
Eia, Ita, contractis, Quia, Postea dantur & omnis
Casus in A. Sextum remove, Danaūmque vocandi.

E in fine.

TEXTO.

E finita cohors, brevium sibi tēmpora poscit.
Omnia sed primæ producimus, omnia quintæ:
Ut Re, Calliope, & quæcumque trahuntur ab illis.

Adde Fame, Cete, Tempe. Cape longa secundo,
Verba secunda, modo, numero deflexa priori.
At, Cave sit varium, rapidis, Vide, rarius hæret,
Et Vale. Productis addi monosyllaba gaudent.
Cóntrahit inclinans, adjectaque syllaba tempus.
Sunt producta, Ferè, Fermè, pretenditur Ohe.
Ordinis extendes adverbia cuncta secundi,
Inde Benè, atque Malè, excipiunt brevianda poëtæ.

XVI.

I in fine.

TEXTO.

I, longis finita ádhibe. Sed utrumque peslasgūm,
Cum rapidis celerare jube; velut Oëbaly, Moly.
Sicubi cum græcis, Quasi, cum Nisi, Nécubi junges.
Sunt varianda Mihi, Tibi cum Sibi; sæpius isthæc
Corripienda Ibi, Ubi, & quando est Cui syllaba duplex.

O in fine.

TEXTO.

O, datur ambiguis. Dentur monosyllaba longis;
Tertius, & sextus. Pro causâ extenditur, Ergo,
Quodque habet O magnum, ceu Manto. Adverbia junges,
Nóminibus deducta. Adeò producta sequatur.
Imo, Duo, atque Citō, & Scio, Nescio, tēmpora semper
Accélérant. Rapienda, Modò, nata omnia. Gaudent
Porrò, Modò ambiguis; Serò, & conjunctio Verò.

U in fine.

TEXTO.

U finita, velut Panthu, duo tempora servant.

XVII.

B, D, T, in fine.

TEXTO.

B, D, T, rapies. At C, producta sonabit.
Córipe Nec, Donec, rapidis Fac, tutius na^{et}.
Ast Hic, masculei generis cantabitur anceps.

L in fine.

TEXTO.

L, rapitur. Peregrina feré producta sequuntur.
Sal, Sol, productis, & Nil constanter adhærent.

M in fine.

TEXTO.

M, brevis, ecthlipsi contemptā, eváserat olim:
Compósitis antiqua novis modo jura dabantur.

N in fine.

TEXTO.

N, longis extrema datur. Sed nōmina ternæ
En, rapiunt quod fecit Inis. Sic græca secundæ,
Sic omnes quarti, quorum est brevis ultima recti
Tempora corripiunt: velut Ilion, Arcton & Ossan.
Forsitan. In, Forsan. Tamen. An. Viden. arcta sequantur.

R in fine.

TEXTO.

R dabitus brevibus. Cum Dispare tollitur Impar,
Cur, Far, Fur, & Iber, Lar, Ver, Par; iungito Compar:
Et Nar, cum græcis patrius quibus exit in Eris,
Ut Crater, Æther, Aér. Sit Céltiber anceps.

XVIII.

As in fine.

TEXTO.

As, velut Æneas, Pietas, datur última longis.
As danaūm brevis est, in Adis, dum patrius exit:
Quartus, ut Heróas, ternæ jungatur achivum.

Es in fine.

TEXTO.

Ponitur Es longum. Brevibus dat tertia rectum,
Cum patrii brevis aucta fuit penultima casus,
Ut Comes. Inde Ceres, Paries, Abiesque, latini,
Pes, cum stirpe, velut Sónipes, Ariesque repellunt.
At neutra, ut Cacoëthes, erunt rapienta pelasgum.
His quintum & rectum numero date græca secundo.
Arcades & Troes veluti: Penes hæret iisdem.
Additur Es verbūm & quæcumque oriuntur ab illo.

XIX.

Is, vel Ys in fine.

TEXTO.

Is, vel Ys, adstringes. Plurales exime casus.
Glis. Sis, atque Velis. & Vis tendatum utrumque.

Et Quamvis, Nolis. Adsis, ad cætera proles.
Ordinis extremi personam extende secundam.
Ex numero primo; ut Sentis, Producta sequatur
Itis, habens patrio longum, sive Inis, & Entis.
Lis, Samnis, Simois, Salamis exempla ministrant.

12

Os in fine.

TEXTO.

Os adhibe longis. Brevibus dato Compos, & Impos,
Osque Ossis. Rapiant neutralia græca latini
Ut Chaos. Accelerant, velut Arctos, græca secundæ,
Et danaūm patrii pro teste Erymantidos esto.

XX.

Us in fine.

TEXTO.

Us breve sit. Quartæ rectum, quintumque priores
Adjicito: ejusdem reliquos producito casus.
Et patrii producta, quibus penultimā crescit;
Ut Tellus, Virtus. Monosyllaba longa reposcant;
Ut Rus, & nomen cui patrius exit in Untis,
Ut Cerasus. Det pus, ut Apus, sua pignora longis.
Ex os, ut Panthus, adhibe contracta pelasgum
Productis. Ab Os, ut Prólogus, venientia tolles.
Us longum patriis ex O venientibus exit,
Ut Manto Mantus: venerandum & nomen IESUS.

ULTIMA SYLLABA CUJUSLIBET CARMINIS.

TEXTO.

Syllaba cujusvis erit ultima carminis anceps.